



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. In eadem historia Numinis prouidentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

mariti pristinam, & lachrymabunda cum amplexans exclamat,  
O Domine ac marite mihi, & inter haec decidit in anime deliquum.  
quam ipse debilis, ut potuit, sustentabat. Magister aula ceteri magistri,  
qui in altera atrio parte confabulantes consuebant, & nihil  
horum audierant, viiss his amplexibus, protinus accurrerunt, domi-  
numque suum agnouerunt. Nec mora; toto castro huius tam inspera-  
ti nunc mox fama percrebuit: & nuptias, non nouus sponsus,  
sed antiquus maritus celebravit:

Ibi enim mira omnium mutatio, ingens gaudium amico-  
rum, incredibilis cognatorum laetitia, stupenda exultatio mi-  
nistrorum, maximus omnium applausus; sed in primis attoni-  
tus vetulum hunc sponsum sponsus nouus admirabatur, qui  
capere non potuit, coniuio nuptiali, a se parato, alium præ-  
esse. Sed tandem & ipse Deum laudauit, qui spurijs nuptijs  
impeditis, coniugium primum verumque tam opportuno tem-  
pore, accito, ex ipsa Turcia, legitimo marito, sartum tectum  
conseruasset. Neque nobilis ille voti immemor fuit. Siquidem S. Iuliano facillum pulcherrimum exadificauit, & non-  
diu post piedem, in Domino, obdormiuit. Barba eius & capillitum  
re studini facelli affixa, velut insigne huius miraculi testimonium, len-  
go tempore, & adhuc, ut ante quadraginta annos, a pluribus visa fuere,  
& forte hodie cernuntur.

Quanta, in hoc casu inest Numinis prouidentia? quanta  
cura, ne matrimonij sanctitas inquinaretur? Post septennium,  
ex ipsa Turcia, senem paucis horis, non jam per atros, sed san-  
ctos per angelos, curat transportari, ut illegitimas nuptias de-  
tegat, adulterium impedit, & legitimum coniugium non in-  
terrumpi patiatur. Et quanquam viri probitas, inuocatio S.  
Iuliani, castitas vxoris meruerint custodiam Dei peculiarem,  
doceantque, adesse diuinaj auxilia coniugibus se se mutuo, in  
Christo, castè diligentibus; monentur tamen vel viri, vel fe-  
minæ, ne sint præcipites ad secundas nuptias celebrandas, si  
de prioris coniugis morte certò nihil constat. Nec Gorgo ante  
nupsit, quam sciret Leonidam suum, in bello contra Persas sus-  
cepito, obiisse, licer a Leonida discedente monita esset, ne vi-  
dua maneret, sed filios Reipub. educaret.

III.

IV.

Plutarch.  
in Laco-  
apoph.

Quam